

nem, Age quod agis, ut est ap. Ter. ut citò, quod hoc labore fieri debet, fiat,

* Meton. cons. 9.

Studiofi
Officium

IV. Quae vox propterea sic accipitur in specie pro (eà quae in quolibet studioso, vi verbi, debet esse) uehementi occupatione in addiscendis & excolendis bonis literis aut illis disciplinis, quibus se mancipavit.

V. Primarius. Intentione, sc. vel destinatione: αὐ γὰρ δεῖχαι τῶν πραγμάτων, τὸ δ' ἕνεκα τῆς πραγματῆ. 6. Ethic. 5. quamvis (ex accidenti) omnimodò ademptione fiat postremus, τὸ γὰρ ἕχατον ἐν τῇ ἀναλύσει πρώτων ἐν τῇ γενέσει, 3. Eth. 3.

10.

VI. Debet esse. Ex prescripto Apostoli, Cor. 10, 31: εἰ ἢ ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. Omnia enim propter Deum, i. e. * à † Deo: Praepositione hîc denotante Causam Efficientem, ex ipsius doctrinâ de LL. c. 153) sunt: ad quem iterum omnia sunt referenda, Scal. 3 d. Poet. 8. Singuli scholastici siue versentur in studio Grammatices, siue in studio Juris, siue in studio Physices: tamen studia referre debent ad hunc finem, ut celebretur Deus, Phil. lect. Evang. part. 1. p. 675. Et ibid. in historia de Augustino: Discamus, non tantùm ut disputemus sed ut celebremus Deum. Et tertium Domin. XIII. post Trinit. Discere Donatum est né cultus Dei? Non est immediatè cultus: quia non est à Deo mandatum, ut per hoc opus immediatè honore afficiatur. Tu discis Donatum, ut intelligas Grammaticam. Et tamen fit cultus, quando huc refertur, ut servias Deo in vocatione tuâ. Est né tuum studium cultus Dei? Est. Quare? quia est opus à Deo mandatum, & fit in fide, & per illud opus Deus mediate honore afficitur. Et hunc finem etiam exprimunt 7 Cii, quando sua Consilia & inchoant & claudunt verbis: Ad laudem Dei.

11.

VII. Nullo igitur modò gloria sui ipsius. Simul ac enim τις δοκεῖ σibi εἰδέναι τι (cuius δοκῆσεως signum est sui ipsius encomium) & δέτω & δέν ἐγνώκε, καθὼς δὴ γνῶναι, 1. Cor. 8, 2: nimirum † ita * ut omnem gloriam referat ad Deum; ex præcepto alio Jerem. 9, 23: Non gloriatur sapiens in sapientia suâ, sed ὁ καυχώμενος ἐν κρείω καυχάσθω, 1. Cor. 1. ult. 2, Cor. 10, 17. Ipse namq; gloriam suam non vult tradere alteri,

Esai